



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Vniversis Legvm Stvdiosis Adolescentibvs, Iacobus Nouellus I.D.  
fœlicitatem D.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

2

VNI<sup>2</sup>VERSIS  
LEGVM STUDIO<sup>2</sup>SIS  
ADOLESCENTIBVS,

*Jacobus Nouellus I. D. foelicitatem D.*



OMMUNIS est; eaque peruul-  
gata opinio; nob. adolescentes,  
genus humanum animo, & cor-  
pore constare, eiusque duas praë-  
cipue esse dotes, quarum altera  
ad peregrinationem, atque ui-  
ua oblectationem, altera uero ad indagatio-  
nem ac ueri cognitionem pertinere uidetur; ex  
haec autem morum disciplina proficiscitur, quaë  
nos à brutis animalibus separat, & disiungit,  
omitto artes illas, cum illiberali, ac sordido la-  
bore coniunctas; quaë cum ad quaëstuosum fi-  
nem referantur, non equidem conspicio, cur  
magno apud sapientes in honore, aut beatorum  
numero habendi sunt ij, qui eas exercent, eam  
uero philosophiaë partem confidero, quaë potif-  
simum nos decet, ciuilis scientia. quaë iure quo-  
dam societatis hominum catus coniungit, &

A 2 nos

nos summopere delectat, atque ego sapius memoria teneo: Platonem: atque alios doctos in suis reliquisse scriptis, nihil esse scientia cognitione delectabilius, nihilque quod uirum magis homines alliciat ad istius studiosos legendos, quibuscum uersetur, ac de studiis & rebus nostris inuicem communicemus, Deo propitio, & natura duce, quæ uirum rationem hominem conciliat homini, & ad uitam societatem, & comitem in negotiis in utranque fortuna subiectis, ingeneratque in primis proprium quendam amorem in eos, qui proci sunt, ut eorundem ortus: partim patria uocet, partimque amici fructuum capiant, cum ad hunc usque diem amicis in publicis, privatisque causis, omni mea cura ac operam interferuierim, in quo maiorem meam partem consumpserim, stoicorum sententiam demum secutus: arbitror homines hominum causa esse genitos, ut ipsi inter se, alij alijs prodesse possint, ijs causis potissime adductus, in meum studium adhibui, ut grati, ac beneuoli hominis nomen mihi a uobis nobilissimis adolescentes compararem, cum itaque plures sint iuris ciuilibus partes, ex omnibus partibus, quæ diutim conspiciuntur, quis ex uobis optimi adolescentes non intelligat, in huiusmodi iuris ciuilibus scientia non mediocrem laborem, & que breue tempus ad eas non dicam legentibus

ad accurate obseruandas opus esse, idque ob  
 exhaustam illam plurimorum uoluminum co-  
 nam, cumque hæc ita sint, quis in ijs confi-  
 derandis non affirmet uniuersam hominis æta-  
 tem conteri? Ego igitur hoc tempore reliquas  
 iuris ciuilibus regulas, præter eas, quæ ab excel-  
 lentissimis D. meis Bartholomæo Socino, ac Pe-  
 tro Duena patribus, & fratribus meis aman-  
 tissimis coaceruata sunt, in studiosorum gra-  
 tiam ac utilitatem colligere, & coadunare stu-  
 dii, ut quisque intelligat elaborare in his stu-  
 dijs, id proprium nostrum esse munus; Hunc  
 inque libellum nostrum regularum, uere au-  
 ream uobis adolescentes dicare, & propone-  
 re uolui, ut ex eo optime pernoscatis, quæ sint  
 iuris regulæ; earumque fallentiæ; ac ampliatio-  
 nes, ut cum uobis opus erit artificiosis argu-  
 mentis proponendis, optime & facillime respon-  
 dere sciatis, atque ita studiosi adolescentes,  
 quorum commodum noster hic respicit labor,  
 in frequentissimo hominum doctissimorum con-  
 uentu, omnium cum admiratione, quam cre-  
 ditissime argumenta erudite proponere, ac in-  
 geniose iure ac legibus disceptando agitare co-  
 gnoscatis; Valete, & Nouelli uestri memores  
 estote.

